

*Promissum Patriis sub mortis Manibus \* horam*

*Quod manus osq; dedit, reddidit egregie.*

*Inde Sui memores multo nos nomine fecit.*

*Magna mihi digno praestitit atq; meis.*

*Praestitit affectu plusquam mihi mille paterno*

*Officia; accepi sat bonitatis ego.*

*Praestitit (heu!) puero: facilis praestabat adulto:*

*Praestitit atq; Viro mente manuq; bona.*

*Nunc quid retribuam, quonam benefacta rependam*

*Ist hac officio? Vix dare vota queo.*

*Euge pii manes, fugiant quos spicula mortis,*

*Perpete det Vobis Vere JEHOVA frui!*

*Corporis exuvia placido requiescite somno?*

*Me lacryma, fuero donec in orbe, manent.*

*Sed Vos ô Chari, tristi quos crbe reliquit,*

*Extremum vobis voce Valetate negans,*

*Gaudia dilecta turbans socialia fato*

*Tam rabido Nata, gaudia sancta capit.*

*Spiritus aetherea remanens vos sede moratur*

*Ejus; ut excipiat dulceq; dicat Ave.*

*Sed quia Nos dura Neonymphi, morte beati*

*Patris agit JOVA, & saucia corda facit:*

*Vulnera Salvifici Verbi atq; obliget Amoris*

*Idem sinceri plasmate cruda bono:*

*Pectora*

Scil. Anno 1645. ipso  
die Simonis & Judae  
Apostolis Sacro,  
quo Parens meus  
ἐν αὐτοῖς hora  
vespertina media  
decima; beatâ ana-  
lysi defungebatur.